



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consultationes Theologicæ Et Spirituales Christiani verè
fidelis & verè devoti ...**

... De Excellentissimis Dei

Louis François <d'Argentan>

Augustæ Vindel. ; Dilingæ, 1701

VD18 90029526

Consult. XIX. De Justitiâ Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45487

Laa 49.

voluisti adhuc descriptos nos in
tuis portare manibus, ad exhi-
bendam nobis certitudinem,
nunquam te nostri aboliturum
memoriam: *In manibus meis de-
scripsi te*; Sicut fidelis sponsus,
qui ad tempus abesse coactus à
dilectâ sponsâ suâ, depingi sibi
curat effigiem ejus in quodam
annulo, quem portat in digito, ut
abs intermissione teneat ante o-
culos imaginem ejus, quam ser-
vat & possidet in corde suo. O
quàm incomparabiliter major est
amor! O dilecte animæ meæ,
quod, postquàm honorasti me in
terris, præsentia tua visibili per
tot annos, discessurus à nobis &
reversurus ad coelos in sinum di-
vini Patris tui, depingere volue-
ris imaginem meam in manibus
tuis, pretioso murice proprii
Sanguinis tui, & penicillo clavo-
rum, qui illos imbuerunt cruo-

re, ut semper me tuis præsentem
haberis oculis.

Nonne ergò tibi dicere possu-
m, O DEUS meus, misericor-
dia mea, eo amoris & confidenti-
æ affectu, quo Sanctus dixit
Augustinus: *Domine DEUS me-
us, ecce in Manibus tuis descripsisti,
lege ipsam scripturam, & ne obli-
viscaris mei*. Ah! probè novi,
omi DEUS, quod nunquam ob-
liviscaris mei: ut quid ergò in-
gratus ego abs intermissione ob-
liviscor tui? Tu nôsti me, & ego
non Novi te, quia totum tulu-
men es, & ego non nisi Caligo &
tenebræ; non possum cognos-
cere te talem, qualis es, sed ta-
lem, qualis es, amare te possum.
Ita, mi DEUS, pro consolatio-
ne mea non mandasti mihi, ut
cognoscerem te ex toto intel-
lectu meo, sed ut amarem te ex
toto corde meo.

Soliloq. 43

CONSULTATIO XIX.

De Justitia DEI.

Bona quædam anima, cui
concesserat Deus donum con-
templationis, maximum sentie-
bat desiderium acquirendi cog-
nitionem infinitarum perfecti-
onum DEI, credens hoc effica-
cissimum fore medium, quan-
to eÿs se totum succendendi a-
more ipsius. Sed quia magnæ
erat simplicitatis, est intellectus
ejus partim idoneus ad recipien-

da magna contemplativorum lu-
mina, quæ recipere hi solent in
sublimi intellectus sui elevatio-
ne: DEUS infirmitati ipsius se
accommodans communicare se
illi voluit modo magis sensibili
& se in imaginatione ipsius de-
pingere talem, qualis voluerat
ab illâ cognosci, sicut qui imaginem
depingeret super telam. Siquidem
imaginatio, quæ sæpius mole-
stissi-

flissimè persequitur eos, qui incumbunt orationi mentali, per levitatem & inconstantiam suam, potest quandoque servire contemplationi altissimorum Myfteriorum, quando placuerit DEO ipsam figere, ut ipsemet ibidem certas quasdam divinas imprimat imagines, quas propria depingit manu: Et hac ratione cognosci se facit modo magis sensibili; cum imagines indoctorum ignorantium ac simplicium codices sint & libri.

Visio my-
steriosa
curus ju-
stitie DEI.

Cum die quodam bona hæc anima suam incepisset orationem, tota desiderio illo accensa, cum aliud non dixisset, nisi duo hæc verba: Mi DEUS! *Ab agnoscam te, ut amem te!* in profundam raptam fuit extasim, in qua perdidit usum sensuum, per hocce, ferè spatium. Videbatur videre sibi currum stupendæ magnitudinis, portatum ac vectum à quatuor rotis omninò diversis: duæ anteriores minores erant aliis & aliâ ratione fabrefactæ. Una videbatur ipsi composita è statuis fractis, quarum uni erat abscissum caput, alteri disruptum brachium, illi avulsa tibia, & omnes malè ordinatæ, ita tamen inter se unitæ erant, ut constituerent unam ex his rotis. Alia videbatur ipsi composita è spectris velut parvis lemurbus inter se concertantibus, seque invicem discerpentibus, ita tamen conjunctis, tali-

que ordine dispositis, ut velut aliam conficerent rotam. Duæ aliæ, quibus ultima pars currus innitebatur, totæ erant ex flammis, intra quas observabat novacula & gladios acutos; Sed una erat valdè parva, & altera tam enormis magnitudinis, ut ejusdem circumferentiam assequi oculis non posset. Duo animalia currui alligata erant ad illum trahendum, aquila nimirum & bos; & licet hic ultimus magnæ videretur molis, advertit tamen ipsum æquali cum Aquila celeritate progredientem: Vix autem attollere audebat oculos ad aspiciendum illum, qui velut in triumpho super currum vehebatur, vidit tamen personam augustissima Majestate formidandam, quæ incessanter duâbus manibus suis, ex utraque parte, aliquid, quod non poterat discernere, projiciebat; audiens interim voces lamentabiles, è Cœlo, è terra & profundissimo barathro clamantes: *Ve, Ve, Ve Nobis*; unde benè judicare poterat, nullos hos inter horrores, adesse favores.

Non facile est captu, quanto timore exin fuerit percussa bona hæc anima; unde terroris impetu ab extasi in se reversa fuit, quod facere solent infantes, qui intuitu alicujus spectri perterriti confugiunt in sinum, recipiunt se inter brachia matrum. Et hæc tota tremebunda quæsitum cucur-

rit directorem suum, virum non minus virtute, quam doctrinā conspicuum; quem & loquentem invenit cum amicorum quopiam meritis non absimili: Erat autem discursus illorum circa textum è tertio capite Prophetæ

Ezechielis desumptum: *Statuā erat in rotis, & horribilis Aspectus.* Et quia recensabat illis visionem suam, credentes hanc benè cohære cum illo, quod legebant, explanârunt hanc ipsi, ut sequitur.

ARGUMENTUM.

1. *Justitia Dei triumphat de malitiâ peccatorum.*
2. *Quatuor rota currus ipsius sunt quatuor suppliciorum genera, quibus punit illos: mala corporis,*

afflictiones animi pœna purgatorii, & cruciatus inferni.

3. *Exercet rigorem suum præcipuè adversus Angelum & Hominem.*

Explicatio
Visionis,

ARTICULUS I.

QUOD vidisti, triumphus est formidabilis Justitiæ DEI super peccatores: nihil tam amore, nihil tam adoratione dignum, sicut DEUS: infinita essentia ipsius excellentiâ, innumera, quibus incessanter nos onerat, beneficia; bona, quæ nobis promittit, æterna, deberent subjicere ipsi omnium animos, & attrahere ad ipsum omnium corda hominum; & tamen nemo unquam sic despicitur, sic offenditur, uti DEUS. An ex omnibus hominibus sit unicus in mundo, qui ipsum non offendat indies? An transit hora, aut momentum vel unicum ex omnium decursu sæculorum, quo non malè fuerit tractatus & tractetur etiamnum? Nullus unquam infelix fuit adeò, ut taliter universalis & publicus

inimicus esset omnium, quin unicum saltem in toto habuerit mundo, qui contra se non conjuraverit ad inferendam sibi injuriam. Non nisi sola est infinito modo amabilis DEI Bonitas, quæ tam universaliter ab omnibus offenditur hominibus, ut nec unicus sit, qui dicere possit: Ego nunquam offendi ipsum.

Aspicit ipse propriis suis oculis omnes injurias sibi factas, propriis excipit auribus omnes blasphemias contra se prolatas, omnes suas leges intuetur contemptas, omnes suas voluntates conculcatas, omnia sua beneficia maleficiis & ingratitude recompenſata; & licet summo peccatum prosequatur horrore, nil tamen nisi illud suis habet expositum oculis. Quomodo beatus, quomodo contentus esse inter hæc

DEUS videt se ab omnibus hominibus offendi.

hæc omnia posset, nisi pro suo honore & gloriâ redintegraret justitia, quod in despiciat Majestatis suæ abs intermissione hominum adimit malitia? Sed reluctante frustra insolente ingratarum ipsius creaturarum attentato, omnes ipsius adimplebuntur voluntates, ita ut, quidquid fecerint, suam semper ex eo trahat & eliciat gloriam.

Justitia Dei triumphat ubique, Hæc est voluntas ipsius, ut homo liberè feratur sive ad bonum, sive ad malum; sed & voluntas ipsius est, ut omnia, quæ facit bona, recompensentur, omnia, quæ facit, mala puniantur. Persona, quam curru formidandâ cum Majestate insidentem vidisti, est justitia DEI, quæ triumphat ubique, distribuens incessanter ex unâ parte manibus suis proemia bonis, & ex alia poenas & supplicia malis. Ipsa hos prosequitur ubique, in cœlo, in terra, & in profundo abyssi: & hinc est, audisse te undique lamentabiles miserorum istorum querelas ac voces. Quatuor rotæ triumphalem hunc currum ubique circumagentes, sunt quatuor suppliciorum genera, quibus illos punit ac mulctat.

Pœnæ corporales. Prima rota, quæ composita tibi videbatur è Statuis contractis, mala sunt sensibilia & corporalia, quibus ultrix DEI manus abs intermissione conterit & frangit vanitatem hominum per pestilenti-

as, bella, famem, incendia, diluvia, motus terræ, fulmina Cœli, jacturam bonorum, morbos, mortes funestas, & innumeras alias calamitates, sub quibus miseria gemit humana. Quæ lingua illis enarrandis sufficiat? quis intellectus illas abs horrore, abs fremitu consideret? Et nihilominus opponere nos adhuc audemus omnipotenti huic brachio, quod nos frangit, dum tangit, suoque nos pondere conterit.

Altera rota, quæ primæ huic se comitem adjiciebat, quæque tibi composita videbatur è parvis specuris & lemuribus concertantibus, seque invicem discerpentibus, significat cruciatus animi, qui crudeliores sunt illis corporum, cum affligant animam, quæ corpus longè antecellit nobilitate: tales sunt subtractio gratiarum in tot personis, quæ contempserunt illas, vel illis longo tempore sunt abusæ: obcoecatio animi in tot aliis sese in omnia vitiorum genera præcipitantibus, abs eo, quod id vel observent, vel curent; duritia cordis in tot aliis, quæ prorsus sunt insensibiles & conversionis incapaces; tristitia, fastidia, inquietudines, æmulationes, inordinata desideria, & hæc sæpius suo sine frustrata; timores, desperationes, rabiosi furores, & millena alia supplicia interna, quibus tot excruciantur infelices, qui

Pœnæ spirituales,

qui adhuc in terris vivum circumterre videntur infernum. Eheu! tantum abest, ut crudeli hoc inferno exsolvere se, se resolvant, ut potius se magis immergant, hocque se turbulent accumulantes peccata sua.

Purgatorium & Infernus.

Alia duæ rotæ è flammis, & acutis novaculis, sustentantes extremitatem currûs triumphalis, sunt poenæ alterius vitæ; Verùm hæ non ejusdem sunt magnitudinis. Illa, quæ minor tibi videbatur, significat poenas, quibus severissima DEI Justitia punit animas in purgatorio; major autem innuit horrenda supplicio inferni. Eodem modo sunt ambæ compositæ è flammis devorantibus & novaculis acutis: Quid enim est purgatorium, nisi infernus temporalis? Et quid est infernus, nisi purgatorium æternû? in utroque sunt animæ privata visione DEI, sed in uno ad tempus solum, & in altero per omnem æternitatem: In utroque patiuntur animæ tormentum ignis, aliâsque, quas promeruerunt, poenas, majores vel minores, juxta magnitudinem injuriarum, quibus offenderunt DEUM; sed in uno ad tempus duntaxat, & in altero æternaliter absque fine. Et idèd è rotis hisce flammeis tibi visa est una tam parva, & alia adèd magna, ut ipsius circumferentia tuum subterfugerit aspectum, O DEUS, quàm terri-

bilis hæc est visio! quàmque verasunt Prophetæ verba! *Statura in rotis, & horribilis Aspectus.* Quis non timebit te, O Magne & vive DEUS? Quis non contremiscet tuam aspiciendo justitiam?

Ezech. 31

Tandem, ut mysterii, quod vidisti, explanationem ad finem deducam: duo animalia, quæ currum trahebant, Aquila & Bos, repræsentant Angelum & hominem, duæ nimirum creaturæ peccati capaces, in quas præcipuè divina justitia suum exercet rigorem.

Primus est Angelus, Creatura hæc nobilis, pulcherrimum manuum divinarum Opus, qui ob unicam cogitationem superbam, cum tot aliorum millionibus, ambitiosæ huic arrogantia tantummodò consentientibus, condemnatus est, ut bestiarum more alligaretur curru triumphali justitiæ divinæ, ad trahendum illum usque ad inferni abyssum in omnem æternitatem. O formidande DEUS in decretis justitiæ tuæ! si tam severè punias unicam vanam in angelis cogitationem, quibus, uti videtur, argumentum & causa erat altum de se sentiendi, cum tam nobiles fuerint creaturæ; quid mihi expectandum erit miserabili vermiculo terræ, cum omnes meæ cogitationes, meæ verba, meæ opera, & tota meæ vita non nisi plena

Deus punit Angelum ob unicam vanam cogitationem

Deus punit ob peccatum

figt

Isai. 34.

sint arrogantia & ambitione? contremisco sub manu tua, O Divina justitia! deficio, contabesco præ horrore, stupidus ac immobilis hæreo, dum dicentem te audio per os vatis tui Isaia: *Inebriatus est in Cælo Gladius meus*, quod vindicem tuum resperferis, tinxeris, quin & inebriaveris Gladium sanguine creaturarum tam nobilium, quæ in Cælo jam erant quod unicâ solummodò cogitatione vana suum inflare ac temerare præsumperint animum: Et ego, qui repto super terram, proximus inferno, quid pro mea expectem arrogantia, pro detestanda meâ ambitione?

Deus punit
hominem
ob multa
peccata.

O quam est æquum, ut bos unâ cum Aquilâ alligatus sit Curru triumphali Justitiæ Divinæ, eandemque trahat molem ac sarcinam, & quidem, tardus licet ac stupidus, eâdem cum aquilâ velocitate suum urgeatur accelerare gressum! Homo hoc significatus animali, cum adjecerit ambitioni rebellis Angeli, gulam, cujus Angelus capax non fuerat, ausus est manducare ex fructu prohibito, ut similis evaderet DEO. Crimen hoc eò usque displicuit DEO, ut in instanti sceleris commissi, alligaverit ipsum curru Justitiæ ulttricis, & non solummodò præcipuum ac primum criminis hujus reum, sed totam ipsius posteritatem. Hinc est, quod omnes nos nascamur

filiis iræ; quod nascendo nobiscum feramus, maledictam hanc ad peccatum inclinationem; quod ingrediamur hanc miseriarum vallem veluti patrati sceleris rei, in medio suppliciorum, quibus totus vitæ nostræ cursus caret nunquam: fames & sitis, calor & frigus, morbi & miseriæ corporales, ignorantia, affectus rebelles, omnia elementa, & omnes quasi creaturæ, nobis velut inimicis DEI continua cient & movent bella; & divina ipsius Justitia, quæ tali nos tractat ratione, obtinere tamen à nobis non potest, ut reos nos esse agnoscamus; nunquam id à nobis consequi, ut nos humillemus, ac ipsius imploremus misericordiam. Nonne igitur sic cogimus ipsam, ut tandem nos puniat in æternum?

Justus es Domine, & recta sunt judicia tua; æquum est puniri nos, cum abundè promeruerimus id ipsum. Sed an semper tuos experiemur rigores? an paternarum tuarum memor non eris miserationum? Novi probè, nos tibi eruere hæc è manibus tela, nosque quasi vi factâ tuam contra nos excitare iracundiam, reluctante etiam bonitatis tuæ inclinatione: *Cogimus ad ulciscendas Criminum nostrorum immanitates nolentem DEUM.* Sed an dicatur, malitiam nostram hoc posse adversum te, & bonitatem tuam,

quam, quæ infinito modo major est, non posse erueri è nobis crimina nostra, & perversam voluntatem è corde nostro? exhibe justitiam peccatis, quæ inimica tibi sunt & nobis; effunde super illa omnem iracundiæ tuæ torrentem, extermina & dele illa in perpetuum; sed miseris nobis peccatoribus, qui sumus opus manuum tuarum, exhibe misericordiam. Corripas nos velut filios tuos, ut nos corrigas; sed

non punias nos velut inimicos tuos, ut nos perdas, nos in abyssum agas averni.

Primæ hæc idæa Justitiæ DEI, quam conceperunt velut triumphantem de malitiâ peccatorum per sua supplicia, quamvis terribilis fuerit, produxit nihilominus in ipsis desiderium, diutius producendi sermonem de tanti momenti ac ponderis argumento: Et ecce, quomodo discurrerint de illo.

ARGUMENTUM.

1. Quod DEUS justitiam exhibeat omnibus rebus creatis, & tamen nec unicæ Creaturæ exhibeat justitiam.

2. Quod justissimè mala inferat bonis, & justissimè bona malis.

ARTICULUS II.

Qualis Justitia sit in DEO.

UNUS ex his Doctõribus, postquam æquis & avidis id auri- bus excepisset, quod dixerat alter, interrogavit illum: quod Justitiæ genus concipere possimus in DEO? esse non potest justitia commutativa, quæ consistit in hoc, ut reddatur beneficium pro alio accepto: Nam ultra quod Aristoteles & Sanctus Thomas illum citans teneant, hanc propriè inter Patrem & Filium, Dominum & Servum, Creaturam & Creatorem esse non posse. Magnus Apostolus de DEO loquens, dicit nobis: *Quis prior dedit illi, & retribuitur ei?* quis dicere potest, dedisse se ali-

quid Creatori suo, unde obligatus hic sit, recompensare id illi ex justitiâ? Si propriè esse non potest justitia commutativa in DEO, esse ergò poterit justitia distributiva, quæ consistit in hoc, ut distribuat unicuique id, quod ipsi convenit, juxta statum & conditionem ipsius. Et divinus Areopagita dicit, quod Justitia DEI admirabilis videatur in toto universo, ex eo, quod unicuique Creaturæ distribuat id, quod ipsi est proprium, juxta naturam, ordinem & virtutem ipsius particularem.

Sed quia Justitia essentialiter consistit in dando unicuique suum, vel id, quod ad ipsum pertinet,

De divin. nom. c. 3.

Si DEUS annihilaret omnes peccatores, ju- net,

Justitiam fa-
ceret.

net, non video, DEUM exhibere posse alicui Creaturæ justitiam; nam ut illis justitiam exhibeat, deberet ipsis dare suum; Jam autem, quod suum sit, quid habent, nisi nihilum? Ecce omne id, quod proprium habent: totum namque, quod habent esse, non pertinet ad ipsas vel ut proprium, cum id velut mutuum acceperint ex solâ liberalitate DEI Creatoris sui. Si ergo DEUS exhiberet ipsis justitiam, reddendo unicuique quod suum est, deberet omnes remittere in nihilum, primam ipsarum originem; & præcipuè homines, qui plura committentes peccata continuo incidunt. E nihilo in aliud, cum peccatum miserabile sit nihilum, juxta essatum Sancti Pauli: *Peccatum nihil est.* Si DEUS exhiberet ipsis justitiam, hoc esset ipsis annihilare, & tunc haberent quod suum & ipsis proprium esset. Jam non video, DEUM annihilare aliquam creaturam, sed nec maximos peccatores; videre ergo non possum, quod vel uni ex creaturis exhibeat justitiam.

Sive con-
doner, sive
puniar.
simplex ju-
stitia est.

Verum igitur est, respondit alter, quod nihil pertineat ad Creaturam nisi purum nihilum. Sed quia nihil melius est nostrum, quam quod donatur nobis ex spontaneâ & liberâ voluntate, cum DEUS donare & dare voluerit esse creaturis ex merâ libera-

litate, justitia est, distribuere id ipsis, quod adesse ipsarum pertinet, juxta ordinem & dignitatem ipsarum. Si illas redigere vellet in nihilum, hoc justum sanè foret, eo quod nullum Jus habeant adesse, nisi ex solâ voluntate DEI; & similiter, quando conservabit ipsis esse suum, aut etiam dare illis volet omnes sui esse perfectiones, hoc justum erit, eo quod infinitæ bonitati suæ hoc sit vel maximè congruum. Quando punire volet peccatores, faciet justitiam, cum ratione hâc (suam glorificaturus sit) Bonitatem: sive igitur destruat, sive conservet, sive ignoscat, sive puniat, semper facit & exhibet justitiam Creaturis suis. Ita dicit Sanctus Anselmus à Sancto Thoma citatus: *Cum punis malos, justum est, quia illorum meritis convenit; cum verò parcis malis, justum est, quia tuæ Bonitati conde-*

1. p. q. 21.
a. 1. ad
Tertium.

Dico adhuc plus: quando DEUS malos implet bonis in hâc vitâ, facit justitiam; & quando bonos; imò optimos crucibus & adversitatibus onerat in præsentivita, similiter facit justitiam: non solum, quia divina ipsius voluntas regula est & norma omnis justitiæ, sed etiam quod ipse supremum sit Ens, & nemo jus habet interrogandi ipsum: Cur ita facis? verum maximam ipse observat justitiam, dum pessimis bene

Q99 2 nè

nè facit; eo quod nemo tam malus sit in mundo, qui non faciat aliquid bonum, quod mereatur proemium; cum ergò in æternitate carere tali debeant, cum sint è numero reproborum, nonne justum & æquum sit, ut illos remuneretur sensibilibus quibusdam bonis ac donis in hac vitâ? & ex aduerso, nemo tam justus & innocens est in terrâ, qui non committat quandoque noxam, quæ mereatur poenam; cum ergò in æternitate non puniantur velut aggregati numero prædestinatorum, nonne æquitati similiter congruat, ut illos puniat & afflictionibus premat præsentis tempore vitæ.

Non oportet invidere feliciter suam peccatoribus.

Jerem. 12.

Quam tenuia, quamq; infirma nostra sunt lumina humana, dū vivimus in terrâ! invidemus quandoque prosperitati maximorum peccatorum, & quando videri videtur nobis, Deum non nisi pro his benedictiones temporales habere, ac omnia illis juxta vota feliciter succedere, disputare ac contendere quasi volumus cum providentiâ, & dicere ipsi illud Propheta: *Justus quidem tu es, Domine si disputem tecum: Verum tamen justa loquar ad te: Quare via impiorum prosperatur; Bene est omnibus, qui prævaricantur, & iniquè agunt? plantasti eos, & radicem miserunt; proficiunt, & faciunt fructum; dum illi, qui tibi serviunt fideliter, steri-*

lescunt. Nos invidemus ipsis & non videmus, apparentem hunc dulcorem, maximè formidandum esse severissimæ ipsius justitiæ rigorem. Nonne audimus, quid alterius ex vatis ore affirmet nobis: *Misereamur impio, & non discet facere justitiam, & non videbit Gloriam Domini?* Nimis quàm crudelis misericordia, quæ tam funestum operatur effectum? Infelix felicitas, quæ bonis exspoliât hominem æternis! dignum lamentatione solatium, quod nil agit, nisi quod in suis ipsum confirmet peccatis! dicerem ego cum Sancto Bernardo: Domine, ne des mihi ejusmodi benedictionem, nolo ejusmodi recipere genus misericordiæ. *Procul sit à me Benedictio tam crudelis.*

Verùm sanctâ quâdam invidiâ nos ferri oportet in misericordem ac benignam illam severitatem, quâ justitiâ divina optimos quosque prosequi consuevit in hac vita. Nonne videtur tibi, quod, dum illos punit in hoc mundo, ob leves aliquos defectus ex fragilitate commissos, illos purificet in purgatorio charitatis, sicque tantò melius disponat, ut abs ullâ retardatione intrare ipsis liceat Sanctam illam Civitatem, in quâ nihil admittitur coinquinatū? quid enim purgandum erit superstes, postquam transierunt per manus æquissimi

Isa. 26.

Serm. 21, in cant.

Invidendum est bonis, dum affliguntur.

ma hujus justitiæ, quæ binâ vice unum & idem vitium non punit? An dubitare possumus, ipsos jamjam esse beatos, cum toties canonizati fuerint per os ipsius DEI in Evangelio: Beati pauperes; beati qui lugent; beati, qui patiuntur persecutionem: Non dubitamus de beatitudine eorum, quos sancta Sedes Catalogo Sanctorum adscripsit; Et dubitarem de beatitudine afflictorum, quos ipse DEUS beatos appellat?

Pulchra consideratio S. Ephr. circa afflictiones justorum, Serm. de comp. animi.

Sanctus Ephrem instituit de super pulcherrimam considerationem: Benè video, dicit ipse, in toto Evangelio, beatitudinem annexam esse poenis, quibus justitia divina flagellat nos in hac vitâ, benè video, hos esse favores, quibus maximis suis blanditur amicis. Video ipsum Sancto Paulo dixisse, quod ostendere illi velit, quantum oporteat ipsum pati pro nomine suo in universum mundum deportando. Lego etiam, quid dixerit Sancto Eustachio generosissimo huic hipparcho Imperatorum Vespasiani ac Titi, quod militiam Christianam ingressum brevi spoliari oporteat omnibus bonis, privari filiis, exui amicis, eò redigi, ut velut simplex agricola terram colere, stivâ subigere sit adigendus, contemptu hominum, nec non variis obruendus Calamitatibus. Video ubique, rationes tractandi rigidissimas non esse, ni-

si blanditias DEI, quibus suis lenocinatur prædestinatis.

Sed incassum evolverim omnes sacros codices, cunctasque Sanctorum vitas, nullibi tamen exaratum invenero: Beati divites, qui voluptatibus indulgent vitæ: Beati qui dignitatibus sublimati, honoribus fruuntur sæculi: Beati, qui natant in deliciis, qui lautis utuntur epulis, qui blandis sensuum delectantur illecebris: Hæc omnia lex nostra non suadet, ista Dominus noster non docuit, verum miserabilia atque infelicia illa censuit, luit ac planxit. Lex Christiana, quam profiteamur, nihil ejusmodi præcipit nobis, Magister noster Christus JESUS non ejusmodi nos imbuat documentis, sed potius illa damnavit, ita viventium deflevit miserias: Quid enim judicari possit de iis, qui paradysum sibi totum accommodum sensibus constituunt in terris, nisi quod nihil paradisi spiritualis expectandum habeant in coelis.

O bone DEUS, nostræ compatere cœcitati, quæ taliter bona sumit pro malis, & mala maxima pro bonis. O divina justitia, haud nobis largire, quod anhelamus maxime, sed potius, quæ horrore sunt, etiam invitis concede nobis. Nos vitæ præsentis inhiamus prospera-

Magis amandæ sunt cruce quam consolationes.

ritatibus. ^{quæ} reproborum est portio, quos non ^{castigas} in tempore, quod abundè tibi sit otii illos castigandi in æternitate: Contremiscimus autem, dum cruces intuemur & adversitates, quæ electorum tuorum est hæreditas: Non consolaris illos in tempore, cum otij nactus sis plurimum consolandi ipsos in æternum.

Nolo prosperitates tuas, quamvis natura ^{sebetur} illas, dum ipsas fugio; desidero potius adversitates, quamvis natura abhorreat illas, dum ipsas expecto: Ne blandiare mihi, ut perdas me, sed potius me puni, ut condones mihi: *Hic ure, hic seca, modò in æternum parcas.*

ARGUMENTUM.

1. Unde veniat, quod videamus bonos sæpius prosperari, & malos puniri in hac vitâ.
2. Quod Justitia DEI ultra quàm mereamur, nostra recompenset

- bona opera, infra merita autem nostra puniat peccata.
3. Quàm utile sit semper justitiam habere præ oculis.

ARTICULUS III.

DEUS puniat malum & præmiat bonum in hoc mundo ex compassione erga nostram imbecillitatem.

Non possem tibi hoc concedere, respondit ipse amicus. Nam si Justitia DEI nunquam non rigore prosequeretur justos, & non nisi pro malis haberet solatia, non id justitiæ, sed maxime imputaretur injustitiæ. Cunctæ simplices animæ, quæ tuam ignorant Philosophiam, quæque communiter magis reguntur communi hominum sensu, quàm luminibus fidei, ita scandalizarentur ex hoc, ut timendum foret, ne potius amplecterentur vitia, quas viderent tam bonâ beari forte, quàm virtutes, quas viderent premi ac malè haberi: videmus etiam, providentiam Cœli, quæ nostræ comparitur in-

firmitati, hâc in parte aliter procedere; cum plurimos reperire sit bonos ac justos, quos DEUS benedictione repleat temporali, & plurimos similiter malos, quos puniat severissimè etiam in hac vitâ. Nihil est, quod luculentius aut frequentius in libro Exodus exprimat & repetatur, quàm benedictiones temporales, quas promittit DEUS populo custodienti legem suam; & horrendæ maledictiones, quas comminatur illi, si eandem fuerit transgressus. Et nonne in Evangelio ipsemet Christus JESUS promisit fidelibus servis suis centuplum in hoc mundo, & vitam æternam in altero? Ah! quomodò intelligere possemus, quod justitia

justitia sit, punire bonum & remunerari malum?

DEUS pun-
quam sinit
malum im-
punicum,

Respondedo ad hæc tria. Primum, quod Justitia DEI nullum unquam bonum abs præmio, & nullum unquam malum abs poenâ & supplicio abire permittat. Dixi nullum, quodcunque illud fuerit, sive magnum, sive parvum: Cum enim ipsa sit perfectio divina, immensam esse oportet in magnitudine, & infinitam in profunditate suâ. Ex eo, quod immensa sit in magnitudine, unico intuitu videt omnia bona & omnia mala, quæ fiunt in mundo, ita ut nec unicum effugere possit illius cognitionem, hinc est, quod à Sacra Scripturâ nuncupetur veritas; & Sanct. Thomas allegans Textum Psalmi octogefimi quarti; quod misericordia & veritas ob viaverunt sibi, intelligit per hanc veritatem justitiam: *Ponitur ibi veritas pro Justitiâ.* Eo quod infinitam lucem esse oporteat in intellectu DEI, ad gubernandas omnes res secundum justitiam; & hæc lux est Veritas, & hæc veritas distinctissimè omnia cognoscit. Ex eo autem, quod infinita sit in profunditate suâ, rimatur & penetrat omnia vel merita, vel demerita in quavis re, illaque usque ad minimum atomum intuetur clarissimè; & hæc intuens adæquat præmia meritis & demeritis supplicia tantâ cum æquitate, ut

non solum omnia bona recompensentur, & omnia mala puniantur, sed etiam nec minimam particulam aut boni aut mali relinquat vel abs præmio, vel abs suo supplicio. Et in hoc ipsa justitia est infinita & infinito modo transcendens illam hominum, quæ nec punire potest omnia mala, nec recompensare omnia bona, cum horum non habeat cognitionem; Et id, quod cognoscit, cognoscat semper tam imperfectè, ut quasi impossibile sit justam ab ipsâ servari proportionem, aut judicia ejus ad amissim consentanea esse æquitati.

DEI solius
est punire
juste.

Ne mireris, quod justitia DEI largiatur quandoque benedictiones temporales justis, quibus coronas preparat in æternitate. Omnia bona, quæ faciunt, non sunt digna recompensatione æternâ; cum plurimis bonis operibus ipsorum scateat vita, quæ non nisi bonitatem habeant naturalem, vel quia non purè fiunt ob ipsius gloriam. Largitur aliquis elemosynam pauperi, cujus tangitur commiseratione, abs alio ulteriore respectu, nisi quod subvenire velit ipsius miseræ, uti faceret etiam aliquis paganus: alius inservit suo proximo, quia vel amat ipsum naturaliter, vel quia sperat aliud quoddam obsequium ab ipso, datâ occasione exhibendû, Omnes hæc ratio-

Cur DEUS
det hic
præmium
nonnullis
operibus
justorum.

rationes, quæ nonnisi naturales sunt, non merentur recompensationem æternam: Nihilominus, quia aliquam habent bonitatem, merentur etiam aliquam recompensationem: Et inde est, quod Justitia DEI, quæ nunquam aliquid bonum absque recompensatione relinquit, illis benedictiones largiatur temporales, vel majores vel minores, juxta proportionem meriti in ipsis animadversi.

Cūr DEUS
hæc puniat
peccatores.

Opinio
probabilis.

Quando similiter punit peccatores maximos poenâ temporali, quibus supplicia præparat in æternitate, dici non potest, hoc fieri, quod omnia peccata, quæ committunt, non sint digna inferno: Si enim tantummodò esset peccatum aliquod veniale, conjunctum tamen mortali æque æternaliter sicut mortale puniatur. Sed calamitates, quibus illos premit in hæc vitâ, sunt vel magni favores & gratiæ, quibus eosdem tangit, ut angat & in se ipsos atque ad DEUM per poenitentiam reverti cogat; vel sunt obstacula ad impediendum cursum vel imminuendum saltem torrentem vitiorum, quò trahi & abripi se sinunt; vel ad servendum pro exemplo aliis, quâ ratione justitia humana extremo supplicio publicè afficit sceleratos, ad incutiendum terrorem animis aliorum; vel tandem ad glandum initium supplicii ipsorum

rum infernalibus in vitâ jam præfenti. Verùm post omnia, fatendum est cum Sancto Augustino, arcana justitiæ DEI incomprehensibilia nobis esse: *Cum plerumque bona bonis, & mala malis eveniunt, tunc magis inscrutabilia sunt Judicia DEI.*

Respondeo secundò, quod DEUS nunquam exerceat in creaturas suas, puram & solam justitiam absque misericordia: *Non obliviscetur misereri DEUS; sive enim recompenset bonum naturale in hoc mundo, sive supernaturale in altero, semper plus est, & excedit, quàm mereatur; sive etiam peccata puniat hominum, semper id minus est quàm mereantur.* Certum est, ipsum semper longè ultra meritum recompensare: Et de hoc quis dubitare poterit? Nam si attendam recompensationes temporales, habemus expressam attestatiõnem Christi JESU promittentis centuplum in hoc mundo: *Recipiet centies tantum nunc in presenti seculo.* Si me privem exiguo solatio humano ob amorem ipsius, centies tantum illius recipiam; si largiar eleemosynam, vel parvum quid laboris exantlem, ad promovendam ipsius gloriam, centesimum pro hoc reportabo stipendium; dubitare mihi de hoc non licet, cum ipse promiserit, qui est ipsissima Veritas, quem que fallere aut decipere nescia.

S. Aug. lib. 2. de civit. DEI c. 1.

DEUS non semper præmiat supra meritum.

Marc. 10.

DEUS puniat merita

O bonum Dominum! O amabilem Magistrum! Eheu! eccur non omnes famulantur ipsi homines? & si retributiones aspiciamus æternas; hæc modo infinito nostra excedunt merita: quid enim, quod bonum mereatur infinitum, operari possimus? nonne meritum requireretur infinitum, cujus capaces non sumus? Ah! quomodo parvus momentorum, quibus DEO famulamur, numerus promereri posset aliquam æternitatem, totam aliquam magnam æternitatem, imò, æternitatem aliquam integram tam magnificarum retributionum? O quam bene magnus dixit Apostolus: *Non sunt condignæ passionibus huius sæculi ad futuram gloriam!* Sed Christus Jesus promeruit nobis hæc omnia, ipse nos locupletat bonis suis, & coronare nos suis ex indignatur favoribus: hæc omnia novimus, non nisi in illum nostram collocamus fiduciam, indices mille capimus experimenta infinitæ ipsius erga nos Bonitatis; & miserabilia corda nostra, ingrata nostra pectora adhuc tepescunt, adhuc frigescent in amore ipsius.

Ad hæc verum est, justitiam DEI, dum punit peccata hominum, semper longè minus punire eadem, quam promeruerint, etiamsi loquamur tantummodò de poenis, quibus parvos castigat defectus justorum. Job, quem

Scriptura appellat hominem simplicem & rectum, id est, purissimum & sanctissimum, juxta magis propriam explanationem Phrasos Hebraicæ: Job canonizatus ipsemet ore DEI, qui ad summum reus esse non poterat, nisi parvæ fragilitatis humanæ, ingenti tam horrendarum calamitatum obrutus est cumulo, ut illas in ipsius historiâ duntaxat intueri, incutiat horrorem. Judicarent omnes, severius ipsum, quam meruerit, punitum esse; & tamen ipse, qui agnoscebat minimi peccati contra DEUM commissi magnitudinem, qui quæ probè supplicii sui sentiebat pondus, confessus est, manum Domini se tantum suaviter tetigisse, minusque, quam promeruerit, castigasse: *Verè deliqui, & ut eram dignus, non accepi.* An habeamus Job. 33. aniam conquerendi de adversitatibus, quibus Deus nos afficit, qui quotidie tam enormia committimus peccata, cum adversitatum nostrarum gravissima, abs comparatione levior ac minor sit, levissimâ ipsius. Si non nisi unicum peccatum veniale comissemus toto vitæ nostræ decursu, omnes adversitates, quas omnes homines tolerare possent in terris, non sufficerent puniendo illi, quantum promeruit. Hinc nunquam non jure meritisimo dicere possum, quid

Rrr

quid

Rom. 8.

DEUS nos
punit infra
merita.

quid adversi acciderit nobis: vere peccavi, & Justitia DEI nimis quam magna accepit & excepit me bonitate.

Quando considerabis ipsas etiam poenas æternas, quibus enormia reprobatorum punit crimina, invenies, quod, licet tormenta ipsorum sint horrendissima, non tamen adæquent demerita ipsorum. Verum est, ipsorum poenas infinitas esse in duratione sua, cum finem nunquam sint habituræ; sed infinitæ non sunt in rigore ac severitate, cum graviores esse possent, si DEUS æquare illas vellet infinitæ Magnitudini Odii, quo fertur erga peccatum, & enormitati injuriæ, divinæ suæ Majestati exhibitæ.

Deus non punit damnatos pro ut merentur.

Dubio procul infinitæ deberent esse in rigore, sicuti sunt in duratione sua: siquidem ad puniendum ex æquo peccatum, quod in se infinitam includit malitiam, non minor, quam infinita requireretur poena. Sed DEUS, qui semper bonitatis est infinitæ, non potest in ira sua maxima oblivisci miserationum suarum: si Justitia ipsius hominum puniret crimina, in quantum punitio sunt obnoxia, quam materiam relinqueret misericordiæ ipsius, ad suos mundo evulgandos splendores? verissimum namque est, quod etiam in inferno *Misericordia superexaltet judicium*, id est, illa hoc plurimum excedat,

eò quod meritarum poenarum multò plus ipsis subtrahat, quam Justitia DEI ipsis imponat.

Tertium quod respondeo, est consequentia è duobus prioribus deducta: quod efficacius motivum vivendi sanctè in timore DEI, & constanter ac fideliter in ipsius permanendi servitio, etiam in rebus minimis, non sit, quam si maximam hanc ponderis Maximi veritatem animo nostro profundè insculptam circumferamus; quod nempe, omnia nostra faciamus Opera coram oculis supremi nostri Judicis, qui omnia videt, qui nullius obliviscitur, qui annotat omnes minimos quosque meritorum vel demeritorum nostrorum atomos in omni eo, quidquid agimus, cogitamus, dicimus, ubi relinquetur nihil, quod suâ vel careat poenâ vel præmio: sive recogites hæc, sive non recogites, res ita se habet; omnia tua fac opera absque consideratione, tuo revolve animo quascunque abs discrimine obvias cogitationes, tuo eructes & evomas ore quorumcumque torrentem verborum, tuas in infinitum multiplica culpas & noxas illasque ex oblivioni trade, cogitans hæc omnia esse nihil, jamque transisse: sed omnia hæc animo DEI manent impressa, divinæ ipsius justitiæ decretis subiecta, quæ unicuique reddent juxta opera sua tam accuratè, tam-

Magna est utilitas semper inveniri justitiam DEI

Ex
latio
na

tamque exactè, ut facilius ruiturum sit cum terris Coelum, quàm quod vel minimus meriti aut demeriti sit relinquendus apex, qui suâ careat vel mulctâ vel mercede.

vi! & non animaret nos tantarum aspectus coronarum, quas DEI justitia præparatas asservat nobis? & non ardebimus, non omne superabimus tedium in exercitiis virtutum? Sanè nobismetipsis irasci, nostramque incessanter arguere deberemus ignorantiam.

Sed quando similiter lego in Evangelio, severissimam reddendam esse rationem, de omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines supra terram; mecum ipse discuro. Quid ergò erit cum innumeris aliis peccatis, quæ in singulas committimus horas, quæ multiplicamus abs meti, abs metâ, abs ulla reflexione? Impossibile est, unicum solum abs mulctâ manere peccatum; *Peccatum impunitum esse non potest; aut puni tu, aut DEUS punit.* Commisisti peccatû, indispensabiliter obligatus es poenæ; reparanda est injustitia, justitiæ cujusdam punitione.

Sed DEUS semper in bonitate dives, relinquit tibi libertatem puniendi teipsum per poenitentiam; si non, cogis ipsum, ut ipsemet id puniat per severissimam suam justitiam.

Veritas hæc benè ponderata: Peccatum impunitum esse non potest; nonne summum terrorem incutere deberet eis, qui totos sese tradunt & abripi sinunt eff-

Rrr 2

roenatis

Exstimu-
lacio ad bo-
na opera

Quando lego in Evangelio, unicum aquæ frigidæ vitrum amore DEI pauperi erogatum, non perditur mercedem suam; alloquor meipsum: quid ergò erit cum infinitis aliis bonis operibus, quæ majoris sunt momenti, mihi tamen factu facilia, si illa facere tantum voluero intuitu amoris DEI? Nonne & suam habebunt mercedem? Et merces hæc, quam mihi promittit, est ipsemet, est possessio boni infiniti in omnem æternitatem; pensulatè hæc tria recogito: Bonum infinitum, æternitas, Opus momentaneum, mihiq; tam facile; & admiror coecitatem meam, non comprehendo meam stupiditatem. Quid cogitas anima mea, cui inutiliter immoraris? nonne deberem invigilare abs intermissione, & omnes intendere nervos, ut omnia vitæ meæ momenta bonis implerem operibus? O quàm parvi constat bonum opus, quàmque exigua res esse videtur! sed quàm stupendos trahit post se effectus! Bonum infinitum pro bono tam levi, æternitas pro momento tam bre-

Nunquam
peccatum
manet in
punitum

S Aug.

frenatis passionum & vitiorum suorum desideriis, peccata peccatis accumulantes, nec cordi habentes, ut eorum vel unicum per poenitentiam diluant aut deleant? O DEUS! quàm immensæ multitudinis suppliciorum se reos constituent ante tribunal justitiæ magni DEI, qui suam feret ac fulminabit sententiam, non solum in omnia ipsorum opera, quantumvis minima, sed etiam in minimam minimi operis circumstantiam! Horrificam hanc legimus veritatem, & leviter

transire permittimus; abs eo, quod mente revolvamus aut penitus rimemur. Sed qui bene ipsam rimatus fuerit, suoque insculpsit animo, valori aut robori ipsius cedere coactus, videbit aniam se habere, majori cum veritate dicendi, quàm sanctissimus Job: *Verebar omnia opera mea*: Quid enim mecum erit, & ego quis ero, quando penes sua demerita judicabuntur à severissimâ DEI justitiâ? quam ergo spem habere poterò, nisi in me reversus convertero me ad poenitentiam & lachrymas?

ARGUMENTUM.

1. *Justitia DEI adoratur in cælo, blasphematur in inferno, contemnitur communiter in terrâ, timetur à paucis,*
2. *Non nisi animæ perfecta amant ipsam.*

ARTICULUS IV.

DUm ambo hi sapientes Viri ita colloquebantur de excellentiis Justitiæ DEI, bona hæc anima, quæ apprimè attentas ipsis præbuerat aures, suâ eisdem enarratâ visione, raptam se advertit brevi, sed profundâ extasi, quâ durante, ostendit illi DEUS, quâ ratione divina tractetur justitia in Cœ-

lo, in inferno, & in terra ab omnibus hominibus; & reversa in seipsam lachrymantibus exclamavit oculis.

O Justitia infinita! Justitia æterna! Justitia adoranda DEI mei, quàm es admirabilis! tu regnas super omnia, tu triumphas super omnia, & in omnibus, hominum peccatorum exceptis cordibus. Video te in Cœlis triumphantem: Tu enim Regum

Justitia
DEI
phar
malice
inferna

Justitia Dei
regnat p
cicè in
cælo,

Regum horum æternorum verticibus, omnes has splendidas imposuisti coronas: Tu suos illis decrevisti Thronos, magis vel minus penes merita ipsorum sublimes; & omnes sunt contenti, omnes te adorant, omnes te benedicunt, tibi que rependunt gratias, unanimiter confitentes, cunctis te infinito modo majora suis meritis statuisse & reddidisse præmia. Tu in fortunatissimâ hac regione omnia conservas in pace, omnia in bono sunt ordine, & omnes ita repleti sunt gaudio & satisfactione, ut Beatorum imus & minimus non invidet primo & maximo; sed magis de magna hujus felicitate læteat, quam de sua, quæ minor est, quia sic ordinasti, divina justitia; Et si omnes tuæ ordinationes non exactissimè observarentur in cœlis, non hi essent paradisi deliciarum, sed verus potius miseriarum infernus; Et si infernus tibi nõset obtemperare, infernus amplius non esset, sed paradisi.

Justitia
Delictum
phat accer
maliter in
inferno.

Interim triumphas quoque in inferno, sicut in cœlo. O omnipotens Justitia; sed ratione prorsus contrariâ; siquidem non coronas hic distribuis, sed æternæ captivitatis catenas infelicitum horum injicis & inferis collo; non attollis hic illos super thronos & solia, sed præ-

cipitas illos in abyssos & barathra magis vel minus profunda, juxta ipsorum merita; non bonum nec pulchrum inter illos hic statuis ordinem, sed conspiceret illos tibi complacere in perturbatione & confusione. Similiter & illi non decantant tibi laudes, sed è foetidissimo guttore suo infinitas evomunt & eructant blasphemias, conquerendo ad unum omnes, te crudeliter castigare ipsos, & majori, quam meruerint, cum rigore ac severitate, quod asseverare blasphemiarum est maxima. Insolentes hæ creaturæ substernere te suis volebant pedibus, dum libertate fruebantur faciendi id, quod nolebas: modò tuis ipsas substratas tenes, ut tolerare illas in æternum facias, quod velle nunquam possunt. Infelices hæ per aliqua momenta regnare fecerunt injustitiam invito te, & tu super ipsorum regnas injustitiam invitatis illis in æviterna sæcula. Regna, triumphas, divina justitia, in medio inimicorum tuorum. O quàm gloriosum mihi videtur regnum tuum in inferno non minus, quam in cœlo! O quàm probè intelligo, justum, qui tuo studet commodo, gavisurum, dum viderit vindictam, suasque loturum manus cum voluptate in sanguine peccatorum.

Sed unde venit, adoranda

Rrr 3

justi-

Plures videntur effecti, justitiae DEI quam misericordiae.

Justitia; quod ita supremo triumphans Dominio in omnem aeternitatem tam felicem, quam infelicem, tam indignè haberi te sinas à parvis hominibus reptantibus super terram? Ah! Omnes illorum intueris insolentias, & has tolerans dormire videris. Sed fallor, divina justitia, non tu, sed homines ad ingentem suam dormiunt infelicitatem: Nisi enim Lethargicorum dormirent more, suos aperirent oculos, formidandum intuerentur rigorem, quo in praesenti quoque vita punis & multas peccatum. Unde venit, abs comparatione plures inveniri peccatores, qui in vitiorum ac passionum suarum servitute suam transigant vitam; quam qui convertantur? Nisi quia justè in suorum poenam peccatorum copiosas ipsis denegas gratias, quibuscum, si illas haberent, fortassis converterentur. Unde venit, plures abs comparatione infideles reperiri nationes, tuâ privatas cognitione, quam sint illæ, quæ veram teneant & possideant fidem? nisi quod funestâ hâc obcoecatione enormia ipsarum castigas peccata, quorum se reas constituunt? Unde venit, numerum reproborum intervallo tam prodigioso excedere numerum praedestinatorum? Unde venit, longè plura mala quam bona vitam

complecti humanam? Unde nobis venit & dimanat calamitatum totius naturæ, quibus incessanter obruimur, diluvium? O si homines apertos tenerent oculos, ubique te viderent tuas exercentem vindictas, O divina justitia, teque timerent! Interim dormire videntur omnes in peccatis suis, non te percipiunt, tui obliviscuntur, teque contemunt.

Aspicio quidem nonnullos ^{Aliqui timent nimis} timentes te: sed aliqui non ita ^{um, alii nimis parum,} tibi timent displicere, quam tua timeant supplicia; Et hic timor servilis est, Christianâ indignissimus animâ. Alii te plus æquo & nimium timent, quasi crudelis esses & immisericos, ut quæ occasionem quæras obminimum defectum perdendi ipsos, faciâsque ipsis ex nihilo delicta: Et hic affectus amoris est proprii, inquietas & scrupulosas divexans & torquens animas. Sed quam paucos reperire est, qui filiali te timeant timore, quo urgeantur ad explendas fideliter omnes voluntates tuas, ne displiceant tibi, semperque subiectos se teneant, ad recipiendum quieto ac prompto animo promeritas pro erroribus commissis poenas! Et tamen hic solus est timor, qui in fidelibus tuis tibi placet familiaris.

Sed an dicatur, virtuosissimi ^{Amanda est justitia Dei} mos

nos quosque non concipere, nisi affectus timoris, aspiciendo te, O adoranda Justitia DEI mei? an minus amabilis es misericordiam, vel omnipotentiam, vel sapientiam, & omnibus aliis attributis divinis? Nonne ipse DEUS es, ipsa bonitas infinita, & ipsa essentia divina? Sancta Catharina Senensis edusque diligebat te, justitia divina, ut majori non deliniretur gaudio, nisi revolvens te animo, incessanter flagitando te; ut ipsamet tu, & non misericordia judicares ipsam. Glorifica te in me, uti placuerit tibi, O amabilissima justitia DEI mei: totum me tibi trado, absolute a tua volens dependere voluntate. Divinus Salvator meus Christus JESUS, totum se tradidit tibi ex amore erga me; Et ego similiter totum me trado tibi ex amore erga ipsum: Tu ipsum tractasti, sicut tibi placuit, pro utilitate mea, tu tracta me, sicut placuerit tibi, pro utilitate ipsius. Revereor te, adoro te, accepto ex toto corde meo, divina decreta tua super me, qualiacunque fuerint illa; & modo contenta sis mecum, ego semper infinito modo contentus ero tecum in aeternum.

Non nisi
purus amor
amat justitiam
DEI. O quam purus & ab omni propria utilitatis desiderio alienus requiritur amor ad diligendum ita justitiam Dei punien-

tis, sicut misericordiam ejusdem blandientis! Nos parum habemus puri amoris, vel puri Odii super terram: Purus amor debitus non est, nisi DEO soli; quem, si possibile esset, amore infinito deberemus prosequi, abs alio, nisi infinita Bonitatis ipsius intuitu. Purum Odium debetur peccato, quod infinito modo, si possemus, deberemus odisse, abs alia, nisi infinita ipsius malitiae, bonitati infinitae Dei oppositae consideratione. Sed nobis nec purus est amor, nec purum est odium, nunquam non hic immiscemus propriae studium utilitatis: Amamus Deum, quia bene facit nobis, & odio peccatum habemus, quia conciliat nobis malum: sic ubi vis quaerimus nosmetipsos. Ecce quare omnes curramus ad misericordiam, & fortassis non ita quaerimus ipsam, sicut favores ipsius, dumque propius accedere ipsam contendimus, potius hoc fit nostri, quam ipsius amore: dum timere nos credimus justitiam, non tam ipsam, quam ipsius timemus supplicia. Ah! quam proprio nostro scatemus amore.

Amare impense justitiam Dei, singulari cum voluptate adhære-
re illi, devovere totum se ipsi, &
abs ullo propriae utilitatis intuitu,
gaudere de statu & gradu,
quo nos insignire voluerit pro
DEI

DEI solius gloria, ipsique pro-
pterea rependere grates; devo-
tio prorsus est rara, & non nisi
iis propria animabus, quæ pu-
rissimum paulisper degustarunt

amorem, & proprio funditus
amori sunt mortuæ. Sed mi
DEUS, quænam sunt hæc, & lau-
dabimus illas? ubi sunt, & ad-
mirabimur ipsas?

ARGUMENTUM.

1. *Decreta divina Justitiæ impene-
trabiles sunt abyssus mentibus no-
stris.*
2. *Illæ cognoscere velle, scelerata
est temeritas; illæ condemnare,*

*abs eo quod cognoscantur, est
blasphemia.*

3. *Cognoscemus illa aliquando, quæ
videbuntur nobis mirabilia.*

ARTICULUS V.

HÆC verba ex ore personæ
magis simplicitatis profe-
cta, sed zelo prorsus divino ani-
mata rapiebant hosce Doctores,
qui primitus dicebant, decreta
divinæ Justitiæ magnas esse a-
byssus, ubi humana nostra haud
multum videant judicia. O
quàm benè is novit nostram
confundere & deprimere arro-
gantiam naturalem! ut quid tam
ingentia concedit lumina, affe-
ctusque tam eximios animæ
simplici ac ignorantæ, dum de-
negat illos viris sapientibus ac
ingeniis magè sublimibus, quæ
verisimiliter melius uterentur
illis, ad ipsius gloriam ac pluri-
morum salutem?

O quàm verè magnus dixit A-
postolus cum exclamatione,
quam ex suo admiratio trahebat
ore, dum penitiùs revolvit ani-
mo altitudinem consiliorum

DEI: Quàm incomprehensibilia Judicia Dei
sunt judicia ejus, & investigabi- sunt abys-
les viæ ejus! quis enim cognovit sus.
sensum Domini? aut quis consilia-
rius ejus fuit? Si examini subjice-
re velimus divinæ regimen sa-
pientiæ, vel decretorum adoran-
dæ ipsius justitiæ inquirere rati-
ones, idem est, ac si digiti ex-
tremo attingere vellemus coelos,
vel manuum nostrarum palmo
coelestes confringere globos:
Omnia infinita nos ratione tran-
scendunt, omnes perpulchræ
magni hujus mundi artificis di-
spositiones, Majestatis suæ pon-
dere nos obruunt, nec com-
prehendere nobis fas est ratio-
nem, cur ita faciat.

E tot millionibus mundorum Non oportet esse curiosum in examinatione his accanis.
possibilium, qui omnes in nihilo
erant cum præsentæ, ut quid po-
tius elegit hunc, quàm alios, ad
dandum huic esse? & ex infini-
tis creaturis possibilibus, quas
acci-

acclpere poterat ad illum replendum, ut quid potius elegit has, quam alias? & ex innumerabili hâc varietate modorum diversorum, quibus poterat disponere opus suum, ut quid potius contulit illi hunc, in quo subsistit, ordinem, quàm omnes alios? ut quid nasci fecit hos in sæculo primo, illos in decimo, alios in quinquagesimo? ut quid hos in hac mundi parte, quæ illustrata non est lumine fidei; alios in alia, ubi felicissimam nocti sortem, ut vix egressi sinu matris mox recepti sint in sinum Ecclesiæ? ut quid huic ortum dedit in tali potius conditione ac statu, quàm in mille aliis, quos conferre illi poterat? & quare hos statu sublimi ortos talentis depressit vilibus, & alios humili conditione satos eximiis sublimavit dotibus? quis rationem reddere posset de omnibus his divinis dispositionibus, & infinitis aliis, nonnisi ab ipsius dependentibus voluntate? aut quis illas perstringere auderet censurâ, ex eo, quod mente ipsas constringere non posset? Abundè satis est, DEUM ita voluisse, ut omnia nostra suspenderet iudicia, nosque agnoscere & confiteri cogeret; justum id esse, quia sic voluit DEUS; divina namque ipsius voluntas omnis justitiæ infallibilis est regula: *Justus es Domine, & rectum iudicium tuum.*

Quis dicere posset, quare permiserit inveniri peccatum in Angelis? Quodnam bonum è lapsu ipsorum in peccatum poterat proficisci? cur ipsis nec unicum concessit libertatis momentum, sed & nec minimû gratiarum suarum subsidium, ut se converterent post peccatum? nonne iudicaremus, ipsum rigoris nimium exercuisse in illos? sed cum tantum demonstraverit rigorem ergâ creaturas tam præcellentes, quæ nonnisi unicum cogitatione commiserant peccatum. Cur tam benignum exhibere se voluit ergâ homines, nobilitate Angelis inferiores, qui nihilominus abs comparatione majori se implicant numero peccatorum? Quanta inæqualitas, quod pro filiis suis natu majoribus, suæque proceribus aulæ, nihil possideat clementiæ, & pro indignis servis suis, qui sceleratioribus longè videntur, tantum bonitatis, tantumque amoris, ut illis non solum abundantes largiatur gratias, sed harum totum Oceanum apportet illis in persona sua propria, sese annihilat pro illis, patitur, fatigetur, sese sacrificet, sanguinem suum & propriam suam det vitam ad salvandos illos omnes? Quis tam alti consilii divini cognoscere possit rationem? Non comprehendo id ego, Domine, cum rationem transcendat meam; sed illud adoro,

Cur Deus sit clementior erga homines, quàm erga Angelos

ro, illud admiror, illud amo & diligo, cum imprimis favorabile sit mihi: & denique fateor iustissimum id esse, cum id volueris, nec unquam velle possis, quod non infinita ratione sit iustum.

Cur Deus non tribuat gratias efficacissimas cunctis hominibus.

Sed salvare si voluit omnes homines voluntate tam forti, tamque efficaci, ut hunc in finem obièrit mortem; unde oritur, quod omnes non salventur? nonne facere, quidquid vult, potest, cum omnipotentia ejus in ipsius consistat voluntate? dicere, hoc idè esse, quod, cum voluntas libera hominum in ipsorum sit potestate, ipse violentiam inferre nolit libertati eorum, ad cogendum illos in cœlum invitis ipsis, hoc est dicere nihil: nonne enim ipse flectere potest, quando vult, voluntatem maximè rebellem, abs eo, quod violentiam libertati ipsius inferat, ipsique imponat vel necessitatem vel coactionem, largiendo ipsi gratias suaviter efficaces & amicabiliter victoriosas, quæ tam certò referant palmam de omnibus, quæ oppugnaverint, cordibus, ut nullum ex his resistere velit ipsis, quamvis semper omnem id faciendi habeant libertatem? nonne omnipotentem ipse semper super omnes voluntates nostras habet potestatem, ut illas, prout voluerit, flectat, abs eo, quod ipsas illatâ vi co-

gat, sed suaviter ad benè utendum libertate suâ dirigat ac moderetur? si igitur voluntatem habeat salvandi omnes homines tam potentem, tamque efficacem, ut hæc impulerit ipsum ad consecrandam propriam suam vitam pro omnibus, eccur non adhibet potentia, quæ in manibus suis tenet, gratiarum remedia, ad largiendum efficaciter omnibus vitam æternam, quam ipsis suâ promeritus est morte? ut quid maxima ipsorum pars privatur illâ? quia illis largiri non vult, nisi gratias illas minores, quas appellant sufficientes, quibuscum solis, nunquam suam operabuntur salutem. Eccur è duobus infantibus eodem tempore natis atque simul portatis ad Baptismum, horum unus, priusquam illum recipiat, moritur, sicque in æternum visione DEI privatur; alter eo recepto moritur quamprimum, ut mox in instanti boni infiniti adeat possessionem, abs eo quod illa fuerit promeritus unquam? Quam incomprehensibilia judicia ejus! quis incomprehensibilia hæc judicia DEI poterit penetrare?

Videre Apostolum, qui se suspendat ex desperatione, ut præcipitem se agat in barathrum inferni, postquam ex ore divini Magistri sui tot recepit documenta, tantisque ex corde ipsius gratias; & eodem tempore

Stupenda decreta justitiae DEI non sunt examinanda.

suspensum ob crimina toto vitæ suæ tempore multiplicata videre latronem, qui è cruce sua ascendat in Cœlum, dum universalis hominum Redemptor suum ad salvandum tam bene Apostolum, quàm latronem, fundebat sanguinem: Quis animus rimari clarè poterit hujus fundum abyssi? *Judicium DEI abyssus multa.*

Quod talis, postquam triginta & quadraginta annis perseveravit in servitio DEI, in unicum solum lapsus peccatum, obruatur à morte in ipso criminis sui actu, & cum totâ vitâ suâ ambulaverit viam cœli, in morte sua constitutum se videat in inferno; cum alter, postquam eundem & parem annorum numerum in suis transegit criminibus, tandem tam abundantem, tamque efficacem recipiat gratiam, ut se convertat, ut in gratia moriatur, & cum totum vitæ suæ cursum direxerit versus avernum, in morte sua illatum se videat paradiso! Quis profundam hanc consiliorum DEI penetrare poterit abyssum? O Justitia DEI, quàm incomprehensibilia sunt judicia tua! Sed infinitâ ratione justa sunt, quia tu fecisti ea; & si cogitare præsumamus, quod justa non sint, eod quod non comprehendamus illa, execrabilis foret blasphemia, quæ æquissimam tuam super nos attraheret iracundiam:

Neque enim dubitandum est, esse justum, etiam, quando facit, quod hominibus videtur injustum. Admirandum Sancti Augustini est effatum. Quidquid I. EUS facit, quod injustissimum videri posset parvo nostro judicio humano, cujus cognitio tam brevis est & arcta, infinitâ ratione justum est magno judicio DEI, cujus infinita cognitio ita transcendit nostram, ut illuc nunquam pertinere valeamus.

Humana nostra curiositas, quæ omnia scrutari vellet secreta, haud parùm torquetur, dum intueri non licet ipsi admirabilem hunc gubernandi providentiæ modum, cujus nunquam non tam stupendos, suoque judicio oppositos cernit effectus. Sed quis est homo, qui rimari præsumat secreta omnipotentis? si mundi Principes juxta leges politicas sua sic celant arcana, si velut mysteria intentiones suas populo servant absconditas, ut illos conservent semper in timore ac reverentiâ, dum interim expectant quid magni, quod ignorant: An admiratione sit dignum, quod celet hominibus cœlum altissimorum arcanorum divinæ Majestatis sanctuarium? hoc ipsum in humilitate nos conservat, in timore ac respectu, dum nos latent Consiliorum ejus arcana, ac justitiæ ipsius super nos decreta; quæ

S. August.
serm. 300.

Cur Deus
nobis abs-
condat de-
creta suæ
justitiæ.

Ma, 41.

si nōſſemus, nos Deos credere-
mus in terris: *Annuntiate, quæ
ventura sunt in futurum, & ſcie-
mus, quia Dii eſtis vos.* Tanquam
Sanctos veneramus illos, qui-
bus DEUS revelat ſecreta ſua a-
liis hominibus abſcondita. Sed
anima, quam DEUS ita honorat,
in periculo foret nimiam felicitate
ſuam ſe damnandi, niſi ille con-
tra ſpiritum ſuperbiæ ipſam mu-
niret. Et hoc tam verum eſt,
ut magnus Apoſtolus dicat no-
bis, datum ſibi eſſe ſtimulum
carnis, qui ſe colaphizet, & ad
turpia alliciat, ne revelationum
magnitudo extolleret ipſum.
Non ambiamus cognoscere, ſed
adoremus in ſilentio omnia di-
vinæ juſtitiæ decreta ſuper cre-
aturas ſuas; & quæcunque ra-
tione placuerit ipſi diſponere no-
biſcum, quidquid ex ipſius or-
dinatione acciderit nobis, ſive
triftia, ſive jucunda, confitea-
mur illa nunquam non fore in-
finitam ratione juſta, cum ita or-
dinatam ſit à DEO, qui infinito
modo eſt juſtus: *Omnia, quæ fe-
ciſti nobis, Domine, in vero judi-
cio feciſti.*

Daniel. 3.

Sciemus
aliquando
omnia ſe-
creta con-
ſilia Dei.

Veniet aliquando dies, ſed di-
es beatus, quo DEUS revelans
nobis divini vultus ſui pulchri-
tudinem, nobis quoque oſten-
det omnium diſpoſitionum ac
eventuum rationes, quos divi-
na ipſius providentia voluerat
ſuper nos & omnes creaturas

ſuas ordinare: & videbimus tam
plenas ipſas eſſe bonitatis, juſti-
tiæ ac miſericordiæ, ut tota ac
integra æternitas nobis futura
non ſit ſufficiens, ad admiran-
dum, ael laudandum ac benedi-
cendum illas: *videbimus iſtorum*
occultorum apertiffimam rationem.
Placuit aliquando DEO elevare
animam Sanctæ Angelæ de Ful-
ginio in ſublimem extaſim, in
qua clarè oſtendit ipſi judicio-
rum ſuorum divinatorum, ſuper
omnes creaturas ſuas, ſive felices,
ſive infelices pulchritudi-
nem; quæ dicit, ſe ita affectam &
allectam fuiſſe, illaque apparuiſ-
ſe ſibi tam juſta, tam ſancta,
tamque amabilia, tamque ad-
mirabilia, ut ſi condemnâſſent
ipſam ad æternos ignes, licet ſe
facillimè ab iis potuiſſet libera-
re, animum tamen ad id inducere
non potuiſſet; ſed in illos cum
gaudio potius ſe præcipitaturam
fuiſſe, quàm in minimo recede-
re ab ordine tam pulchri decre-
ti ac judicii: & ſi omnes da-
mnati videre poſſent pulchritu-
dinem decretorum divini juſti-
tiæ, ſicut viderat ipſa, edusque
amarent illa, ut contenti vive-
rent in flammis ſuis, nec unquam
exire inde vellent contra decre-
torum horum ordinem ac diſpo-
ſitionem.

Si ergo clarus ac manifeſtus
aſpectus pulchritudinis judicio-
rum divini juſtitiæ, tantum gau-
dii

Fides
crecor
juſtiti
debet
conſol

5 Aug. Ser.
22. de

Verb. Apo.

Omne
perle
nes D
non ſ
ni e
eſt,

Fides de-
cretorum
justitiæ Dei
debet nos
consolari.

dii ac solatii afferre potest animabus, ut etiam amaritudinem mitigaret inferni: Nonne firma fides, quæ nobis hanc pulchritudinem credendam proponit, complere nos debeat pace, quiete ac voluptate? In manibus tuis sum, divina justitia, tu disponis de me, sicut tibi placuerit, in tempore & in æternitate, nihil mihi unquam accidere potest, nisi per tua judicia; novi hæc infinitò modò esse justa, infinitò modò sancta & summè

amabilia: Adoro igitur illa, submitto me illis, amplector illa; & si libertatem haberem eligendi talia, quæ vellem, alia eligere nollem, quàm tua; eò quod hæc placeant tibi, & infinities magis amare velim beneplacitum tuum, quàm utilitatem meam. Sed dum meam pro te dimitto utilitatem, non dimitto illam: Quomodò enim hanc firmare melius possem, quàm amando te plus quàm me.

CONSULTATIO XX.

De Misericordia DEI.

Omnes
perfectio-
nes Dei
non sunt
nisi eadem
res,

Misericordias Domini in æternum cantabo. Nunquam cessare vellem à decantandis hic in terra misericordiis DEI mei, cum dulcissima sit spes mea, nunquam me cessaturum decantare illas ibi in coelo per omnem æternitatem. Novi, omnes DEI perfectiones non solum æquales esse in magnitudine, in majestate, in bonitate, & in omni eo, quod dicere vel concipere possumus de illis; sed novi quòque, illas omnes non esse, nisi unam eandemque rem. Misericordia ipsius est ipsius justitia, & ipsius justitia est ipsius æternitas, & ipsius æternitas est ipsius omnipoten-

tia, & denique omnes ipsius adorandæ perfectiones non sunt, nisi una simplicissima perfectio, & hæc perfectio est divina ipsius essentia, quæ est totum & omne hoc à seipsa, abs eo, quod alterius cujusdam indiget perfectionis, ut infinitò modò sit perfecta.

Adhæc nimis abjectè de Deo est loqui, dum dicitur, ipsum infinitò modò perfectum esse. Siquidem si concipere velimus, quod factus & perfectus sit per collectionem omnis generis perfectionum, quæ concurrunt, læque uniunt ad ipsum perficiendum, indignissimè loqueremur de Majestate ipsius, juxta effa-

Sff 3

tum